

brochen/oder gestiegen wird/ein gefliessener gefährlicher Diebstal. So ist in dem Diebstal der mit Waffen geschieht/eine Bergewaltigung und Verletzung zu besorgen. Darumb, in diesem Fall der Mann mit dem Strang/ und das Weib mit dem Wasser/ oder sonst nach Gelegenheit der Person/ und Ermässigung des Richters/ in andere Wege/ mit Ausstechung der Augen/oder Abhauung einer Hand/ oder einer andern dergleichen schweren Leibstraff gestrafft werden sol.

AD ARTIC. CLIX.

ARGUMENTUM.

Qui alterius aedes insolita ratione conscendit, vel fores effringit: aut in eas furandi animo ingreditur cum telo, quò possit impedienti & resistenti nocere, illud furtum sive primum, sive secundum: sive magnum sive parvum: manifestum vel clandestinum fuerit, habetur pro periculoso furto. Et ideò mas laqueo: femina verò submersione in aquis puniri debet, quamvis Judicis arbitrio committatur, numquid is gravibus de causis furi pœnam mortis remittere, & in locum istius vel effossionem oculorum: aut precisionem manus, vel aliam quandam acerbam pœnam corporalem pro qualitate personarum surrogare velit.

EXEGESIS.

IN hoc articulo agitur de furto periculoso, seu tali, quod cum periculo conjunctum est, quale est, non tantum quod violentiam actu sibi habet conjunctam; sed etiam unde læsio vel violentia metui poterit. Duæ sunt hujus articuli partes: I. *Descriptio furti periculosi*, quæ fit (1) *à modo perpetrandi furti*, scilicet, si quis alterius domum, horreum, vel casam conscendat, vel effringat, tum effractura aut admotio scalarum ad aedes, ubi furtum facere vult, delictum aggravat, illudque reddit atrocius. c. 3. *Extra de Homicia*. Farinac. part. 7. *Quæst. 167. num. 27. fol. 15.* Menoch. l. 2. cas. 299. num. 5. f. 566 de *Al. Qu.* Quale furtum est ex proæresi, adeòque dolo commissum, & quia exinde periculum metuitur, subinde appellatur *periculosum*. Adde l. 1. §. 2. ff. de *Effractor. l. 7. ff. de Extraordin. criminib.* (2) *Ab adjuncto*, scilicet, si fur aedes alterius animo furandi ingrediatur cum telo, quò obfistentem lædere queat. Furtum enim quod armatâ manu perpetratur, conjunctum est cum metu violentiæ & læsionis.

II. Con-